QVAESTIONES NON MINVS VTILES, QVAM VNIVERSIS FORVM

practicantibus neceſſariæ,

CVM TRACTATIBVS

de Inditijs & Tortura, & de Gabellis,

D. FRANCISCI PERSONALIS

I. V. D. Mirandulenſis.

AVDITORIS MARCHIONALIS

ciuilium & criminalium Illuſtriſsimorum. DD. Pirhi & Scipionis de Gonzaga Marchionum & Principum Sacri Rom. Imper.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE.

CVM PRIVILEGIIS.

Num. 43. cax. 8.
Num. . 30.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D LXXXV.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

ILLVSTRISSIMAE DOMINAE FVLVIAE DE CORRIGIO

*Picæ Auſtriacæ Comitiſſæ Mirandulæ & Do-
minæ ſuæ Collendiſsimæ Franciſcus
Perſonalis S. P. D.*

SI plenæ ſunt Græcorum & Romano-
rum voces, quod veteres hæroes &
præclari armorum Duces, ſi patriam
contingebat ex obſidione aliqua cin
ctam, & obuallatā eximere, vel opus
aliquod egregium perficere, ſtatim
ſummo populorum applauſu, coro-
na impoſita, vel per Theatra ad ho-
nores vehebantur, vel ſpatioſo aliquo in atrio ſtatuam erige-
bant, quam poſteri aſsidue intuerentur, ac ipſius titulis incita
rentur, quas igitur gratias, quos honores quas coronas? quæ
deniq; condigna Trophea tibi Illuſtriſsima Commitiſſa con
ſtituet Mirandula Patria mea? quam non ſolum integram,
ſaluamq́ue, prudentia adhuc tua fœliciſsime rexiſti, verum
etiam, illam omni rerum abundantia ad ſummam vſq; fœli-
citatem locupletatam, ad verumq́ue Ciuitatis ſplendorem
intus, foriſq́ue per te ſummo artificio reſtitutam, adeo deco-
raſti, auxiſtiq́ue, vt dum intueor opes, Maieſtatem, magnifi-
centiam ædium regiarum, verè ſub tuo mirando ac fœlici
regimine Miranda dici, & nuncupari poſsit. Tu enim eam
validiſsimis mœnibus non ſolum fultam & pulchram reddi-
diſti, ſed ampliſsima templa maieſtati altiſsimę dedicata, pro
prio ære conſtruxiſti. Hic enim hoſpitalia videntur altiſsima.

QVAESTIONES ET TRACTATVS DE INDITIIS AC TORTVRA

D. Franciſci perſonalis Mirandulenſis, I. C. C.

SVMMARIVM.

1 Remedium cap. reintegrande non competit contra titulo & fide poſſidentem, quod tamen reprobatur nu. 11. 21.

2 Poſsidentis conditio in pari titulo eſt potior, & poſſeſſio titulata non titulatę preſertur, quod declaratur nu. 25. & 30.

3 Exceptio dominij in remedio ca. ſaepe de reſtit. ſpol. reiicitur.

4 Titulus quando admittatur, vel non, pulchre declaratur ab auctore.

5 Actor in reintegranda quid teneatur articulare atque probare, declaratur nu. 5. & 31. ſed reprobatur nu. 39.

6 Titulus Clandeſtinitatem penitus extirpat.

7 Vitium Clandeſtinitatis eſt perſonale.

8 Capitulum reintegranda, 3. q. 1. in peccato fundatur, ſed quomodo hoc intelligatur, pulchre ab auctore declaratur. num. 41. & 43.

9 Proviſio cap. ſaepe de reſtit. ſpol. eſſet ſuperflua, ſi reintegranda contra titulo, & bona fide poſſidentem daretur, quod melius declaratur, nu. 44.

10 Lex non debet eſſe ſuperflua.

12 Capitulum reintegranda non datur contra titulo poſſidentem quando poſſidens bona fide, titulum, à non vitioſo poſſeſſore habuerit, ſecus ſi à vitioſo nu. 16.

13 Capitulum reintegranda datur contra titulo poſſidentem quādo titulus eſſet nullus, vel in fraudem procuratus, alias ſecus erit.

14 Propoſitum in propoſito ſicut operatur, ita & oppoſitum in oppoſito.

15 Capitulum reintegranda competit quando conuentus titulum acquiſiuiſſet ab illo, qui titulo carebat, alias ſecus.

17 Capitulum reintegranda datur contra titulo & bona fide poſſidentem, ſi ſpoliatus titulum haberet, ſecus ſi titulo careret.

18 Capitulum reintegranda competit contra titulo carentem, bo-

 na

tach.in tractat. de gabellis in 7.
part.nu. 4. & excuſantur ſi mu-
151 lus ex fuga tranſenderit fines
abſque buletta, not.Bart.in l.in-
ter dum.§.ſerui qui.num.1.ff.de
publi.& ibi Angel.§.ſi propter.
num.1. Abb.conſil.62.coll.6.in
fin.& conſil.88.coll.2.volum.2.
Boſſ. titul. de fraude vectig. nu.
9.Bertach.in tract.de gabellis in
9.part.prin.num.36.& hæc ſuf-
ficiant, ad laudem & honorem
omnipotentis Dei. Et ita iuris
eſſe cenſeo Ego Franciſcus Per-
ſonalis I.V.D. Mirandulenſis
Iudex Marchionalis appellatio-
num ciuilium & criminalium
totius inſulæ Illuſtriſsimi D. Fer
dinādi Gonzage Marchionis &
Principis Sacr. Rom. Imperij.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

† †† ††† †††† ††††† ABCDEFGHIKLMNOPQRS
TVXYZ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes ſunt duerniones præter Ll.

V E N E T I I S.
Apud hæredem Hieronymi Scoti.
M D LXXXV.